præpoſitionem ան Sine, quæ dum compoſitionem ingreditur ab ea inſeparabilis eſt; unde hoc nomen hunc ſenſum reddit ſpiritum Sanctum videlicet eſſe jntemporalem, ſine tempore tempori non ſubjectum, omniaque attributa eſſentialia æqualiter habentem.

ոչ ծնեալ այլ բղխեալ ՚ի Հօրէ:

Sunt duo Participia præteriti temporis, quorum primum provenit à verbo ծնանիլ gignere et gigni, alterum verò radicem ſuam trahit à verbo բղխել Procedere emanare, prodire etc. Sunt ambo tam activæ, quàm paſſivæ ſignificationis, unde pro exigentia compoſitionis diverſum ſenſum conſtituunt; ոչ eſt adverbium negativum Non, այլ verò conjunctio disjunctiva Sed;